



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Subleuatis oculis Iesus in cælum, dixit, Ioh. 17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

feceris. Quia quicquid lex & prophetæ latius des-
scribunt, in his duobus præceptis breuiter est eõ-
prehensum. Qui eñ has duas obseruauerit, om̄em
legem & prophetas se gaudebit adimpleffe.

Intrate per angustam portam,
quæ ducit ad uitam æternam:
quia lata porta & spatiosa uia est, quæ ducit
ad perditionem, & multi sunt, qui ingrediuntur per
eam.] Duas uias proponit dñs: una est lata & spa-
tiosa, quæ ducit ad infernũ: altera est angusta, quæ
ducit ad cælum: Lata uia est uoluptatum huius se-
culi, de qua dominus bene dicit, quia lata & spatio-
sa uia est, & multi sunt qui per eam ingrediuntur.
Non eñ est necesse ut requiratur, quia sponte er-
rãtibz offertur. Angusta uia est, quæ ducit ad uitam,
& a paucis inuenitur, & a multis inuenta non tene-
tur. Multi sunt istius uiciter aggressi, capti isti se-
culi delectatiõibus, sed de medio itinere reuertun-
tur. Angusta uia est, desiderium pergendi ad cælum.
Nunquid enim non est angusta uia, quæ ieiunan-
do & eleemosynas faciendo, promeretur æterni
regni consortium?

FERIA QVARTA

litaniarum, in uigijs

Ascensionis dñi.

Ioh. XVII.

In illo tempore Subleuatis oculis Iesus in
cælum, dixit: Pater, uenit hora, clarifica fili-
um tuum. Et reliqua.

Potuit silenter hæc eadem uerba orationis pa-
tri filius dicere, sed oratio filij, doctrina e apostolorum,
necnon & eorum quæ illorum exent

pla sequi uolunt, uel eorum scripta legere. [dixit: Pater, uenit hora.] Hora itaq; passionis appropinquat. [clarifica filium tuum,] id est, resurrectionis gloria: præcedat humilitas passionis, ut subsequatur cito clarificatio resurrectionis. Sequitur:

ut filius tuus clarificet te.

Clarificatio patris æterna est, quæ nec augeri nec minui potest. Sed hæc clarificatio ad notitiam dei patris pertinet, ut resurrectionis gloria in filio peracta, innotesceret deus pater toti orbi, qui ante in Iudæis tantummodo notus erat. [Clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.] Quasi dixisset, resuscita me, ut innotescas toti orbi per me. Sequitur:

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis.

Id est, omnis hominis, a parte totum, caro pro homine. Hæc ait, ut ostenderet magis ac magis quomodo clarificaturus esset patrem. Sicut ergo dedisti ei potestatem (inquit) omnis carnis, ita clarificet te filius, id est, notum te faciet omni carni, quæ dedisti ei. Sic enim dedisti,

ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quæ misisti Iesum Christum.]¶ Ordo uerborum est, ut te & quem misisti Iesum Christum, cognoscant uerum deum solū. Plena cognitio dei patris & filij & spiritus sancti, plena est & perfecta & æterna uia. Perfecta uita æterna, summa beatitudo est. Summa beatitudo non est, nisi in uita æterna.

Ego te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciā.] Quid est, quod præterito tempore posuit, clarificaui & cō-

L ij

summaui, statimq; subiunxit futuri tēporis uerbū, faciam, nisi quod omnia deo sunt præsentiā, & in diuina prædestinatiōe futura, quasi transacta, esse credenda sunt: Quod em̄ futurum fuit ut fieret, hoc ei quasi transactum fuit. [Ego te clarificaui.] Quasi dixisset: Ego te clarificabo prædicationis gloria, quam in discipulis meis toto mundo effundam, dum opus consummabo passionis meę & resurrectionis, quod dedisti mihi ut faciam.

Et nunc me clarifica tu pater.

¶ Dicendo enim, te clarificaui super terram, se autem a patre apud eundem patrem postulat clarificandum modo, profecto utriusq; clarificatiōis ostendit gloriā. Ipse quippe patrem clarificauit super terram, eum gentibus prædicando: pater uero ipsum apud semetipsum, ad suam dexterā collocando. Subiunxit:

Claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te. ¶ Ordo uerborum est, quā habui apud te, priusquam mundus esset. In hoc ualet quod ait] Et nunc clarifica me,] hoc est, sicut tunc, ita & nunc: sicut tunc prædestinatione, ita nunc perfectione. Fac in mūdo, quod apud te fuerat ante mundum. Fac in suo tempore, quod ante omnia tempora statuisti. Cōuenit nos intelligere in hoc loco prædestinationem claritatis humanæ, quæ in illo est, naturæ ex mortali immortalē apud patrem futuræ, in hoc prædestinando factum fuisse antequam mundus esset, qđ in mundo etiam suo tēpore fieret, sicut de nobis dixit Apostolus: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Nec formidare debemus, prædestinatū dicere filiis

Eph. i.

um dei secundum humanitatem, qui in tempore suo uenit in mundum, ante tñ omnia tempora prædestinatus est. Illud aut prædestinatum fuit, qd nondū erat ut fieret, quod deus uoluit ut esset, de qua prædestinatione Apostolus ait in epistola ad Romanos: **Rom. 1.** Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius dei in uirtute. Secundum hanc prædestinationem etiam clarificatus est antequam mundus esset, ut esset claritas eius ex resurrectione mortuorum apud patrem, ad cuius dexteram seder.

Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. ¶ Quod ergo facturus erat p doctores sanctos in toto orbe post gloriam resurrectionis & ascensionis suæ, & post spiritus sancti dona, quæ in discipulis delata sunt, hoc quasi factum esset, dixit. Tale est hoc quale & illud, qd paulo ante dixit: [Ego te clarificaui super terram,] pro tempore futuro & illic & hic præteritum ponens tempus, sicut qui sciret prædestinatum esse ut id fieret, & ideo fecisse se dicēs, quod erat sine ullu dubitatione facturus. Sequitur:

Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuū seruauerunt. Nūc cognouerūt quia omnia, q̄ dedisti mihi, abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis; & ipsi acceperūt, & cognouerūt uere quia a te exiui, & crediderūt quia tu me misisti. ¶ Quamquā & hæc omnia de omnibus futuris fidelibus dici potuerint, ipsa perfecta cum adhuc essent futura, tamen & hæc specialiter de discipulis dici possunt, ad quos tunc præsentia liter loquebarur. Quia illud quod sequitur.

Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis,] Iudam significans, qui tradidit eum, qui unus fuit de duodecim, magis huic sensui conuenit, ut apostolis specialiter hæc loqueretur. Deinde subiungit,

Nunc autem ad te uenio:

cum manifestum est, cum de corporali sua dixisset presentia. [Cum essem cum eis, ego seruabam eos,] uelut iam cum eis presentia non esset. Eo modo enim significare uoluit ascensionem mox futuram, de qua dicit: [Nunc autem ad te uenio.] Iturus utique ad dexteram patris, inde uenturus est ad uiuos & mortuos iudicandos presentia corporali, secundum fidei regulam, sanamque doctrinam, Nam presentia spiritali cum eis, erat semper, & cum tota ecclesia sua in hoc mundo usque ad consummationem seculi. Quod uero ait, ut ad superiora redeamus, [Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi,] non illud nomen quod deus es, sed illud nomen quod pater meus es, quod manifestari non potest sine illius filij manifestatione. Nam uere illud nomen quod deus, est nulli naturæ rationali incognitum omnimodis esse putauit. Hæc est enim uita eius diuinitatis, ut creaturæ rationali non omnino incognitus possit abscondi, exceptis paucis, in quibus natura rationalis nimium deprauata est. Propemodum omnes gentes deum esse fatentur, licet diuersis erroribus agnoscere impediatur. Quod uero in Psalmis legitur, Notus in Iudæa deus, indicatur, quia legitimo cultu tantummodo Iudæi deum uerum cognouerunt.

Psal. 78

& coluerunt. In hoc uero quod pater Christi, per quem tollit peccata mundi, ignotus fuit antequam uenisset Christus in mundo, nisi tantum quibus deus per spiritum sanctum prophetiae reuelauit hoc mysterium magnum & absconditum, hoc post aduentum eius in mundo praedicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria. Quod uero addidit, [quos dedisti mihi,] hoc est quod paulo ante dixit, Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Ioh. 6.
 [Quos dedisti mihi de mundo,] hoc est, quibus gratia per regenerationem hoc praestitit, non quibus natura per natiuitatem contulit. Quid est quod sequitur, [Tui erant, & mihi eos dedisti?] In humanitate hanc potestatem se accepisse a patre dicit, ut eos haberet, quos pater elegit & praedestinavit ante constitutionem mundi, non solum pater, sed filius & spiritus sanctus, ut sit unum opus sanctae trinitatis inseparabilis & omnimodo aequalis. Sequitur: [Et sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quae dedisti mihi, abste sunt.] Id est, didicerunt quod nihil est in me alienum extra te, & quod quaecumque doceo, tua sunt. Simul enim pater dedit omnia, cum genuit, quia habet & omnia, sicut in prioribus huius euangelij ipse dominus dicit: Sicut enim pater habet uitam aeternam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso, id est, genuit filium uitam habentem in semetipso. [Quia uerba quae dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt,] id est, intellexerunt atque tenuerunt. Dedit enim uerba (sicut dixit) quae dedit ei pater, sed quando illa non foris in auribus, sed spiritualiter acceperunt, tunc uere acceperunt, quia tunc

Ioh. 5.

uere cognouerunt. Vere autē cognouerunt, quia uere crediderunt. Sed hæc uerba, quæ dicit filius de disse sibi patrem, sic ad diuinitatis unitatem intelliguntur pertinere. Eo modo dedit uerba pater filio, quo genuit uerbum coeternum sibi. Sequitur:

Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi. ¶ Hæc enim dixit inter alia, dum oraret pro eis, quos dedit ei pater. Mundum uult modo intelligi, qui uiuunt secundum concupiscentiã mundi, & non sunt in ea sortiti gratiam, ut ab illo eligantur ex mundo. Non itaq; pro mundo, sed pro eis quos pater dedit, rogare se dicit. Per hoc enim, quod eos illi pater iam dedit, factum est, ut non pertineant ad eum mundum, pro quo non rogat. Deinde subiungit:

Quia tui sunt.

¶ Neq; em̄ quia pater filio dedit, amisit ipse quos dedit, cum adhuc filius sequatur, ac dicat:

Et mea omnia tua sunt, & tua mea.

¶ Vbi satis apparet, quomodo unigeniti filij sunt omnia quæ sunt patris. Patet hoc utiq; quod etiam ipse deus est, & de patre patri est natus æqualis. Hoc em̄ dictum est & rationali creaturæ, quam elegit deus, & quæ subdita est patri & filio, ut æqualiter sint patris & filij.

Et clarificatus sum (inquit) in eis.

¶ Nunc suam clarificationem, tanquam facta sit, dicit, cū adhuc esset futura. [Clarificatus sum in eis,] id est, per eorum prædicationem clarificatus sum in toto mundo. Et quia prædestinatum est ut fieret, certum uoluit esse quod futurum erat, ideoq; præteriti temporis uerbis usus est.

Et iam non sum (inquit) in mundo, & hi in mundo sunt.] ¶ Significat horam qua transiturus erat ex hoc mundo, & uerbo presentis temporis usus est pro futuro, quia quod cito erat futurum, quasi factum esset, dixit. Quod autem ait, [& hi in mundo sunt,] significat eos, ad quos loquebatur, tardius transire ex hoc mundo. Necessse est enim ut illi remanerent, per quos predicaretur nomen eius sanctum in mundo. Præuidensque quod eos mouere posset, quæ audirent hæc quæ eligerent, adiecit:

Et ego ad te uenio.

ascensionis gloria, per quam eleuatus est homo super altitudinem cælorum, & omnium angelicarum potestatum dignitates, ita ut in dextera dei patris collocaretur.

IN DIE SANCTO ASCENSIONIS domini. Actuum I.

Primum quidem sermonem feci de omnibus o Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere. Et reliqua.

Lucas euangelista, fratres charissimi, qui unum ex quatuor euangelistis scripsit, ipse etiam librum Actuum apostolorum, unde nunc præsens lectio sonat, edidit: ubi & primitus de ultimo conuuiuo, quod dominus post resurrectionem suam cum discipulis suis habuit, simul & de ascensione eius ad cælum, quæ hodie celebramus, mentionem fecit. Exordium enim ipsius libri ita est: [Primum quidem sermonem feci,] id est euangelium, [de omnibus o Theophile] episcope, qui hunc me librum actuum apostolorum scribere cogis. [Quæ cœpit Iesus]

L v